

Vorbemerkung

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich bzw. inhaltlich erläutert werden!

I. Übersetzung

Unde prius coepti surgat mihi carminis ordo
 quosve canam titulos, dubius feror. Hinc tua, Piso,
 nobilitas veterisque citant sublimia Calpi
 nomina Romanas inter fulgentia gentes;
 5 hinc tua me virtus rapit et miranda per omnes
 vita modos: quae, si desset tibi forte creato
 nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.
 Nam quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis
 atria, quid pleni numeroso consule fasti
 10 profuerint, cui vita labat? Perit omnis in illo
 gentis honos, cuius laus est in origine sola.
 [...]
 Quin age maiorum, iuvenis facunde, tuorum
 scande super titulos et avitae laudis honores
 15 armorumque decus praecedere forensibus actis.
 Sic etiam magno iam tunc Cicerone iubente
 laurea facundis, cesserunt arma togatis.
 Sed quae Pisonum claros visura triumphos
 olim turba vias impleverat agmine denso,
 20 ardua nunc eadem stipat fora, cum tua maestos
 defensura reos vocem facundia mittit.
 Seu trepidos ad iura decem citat hasta virorum
 et firmare iubet centeno iudice causas,
 seu capitale nefas operosa diluis arte,
 25 laudibus ipsa tuis resonant fora. Dum rapis una
 iudicis affectum possessaque pectora temptas,
 victus sponte sua sequitur quocumque vocasti:
 flet si flere iubes, gaudet gaudere coactus
 et te dante capit iudex, quam non habet, iram.
 30 [...]
 Nam tu, sive libet pariter cum grandine nimbos
 densaque vibrata iaculari fulmina lingua,
 seu iuvat adstrictas in nodum cogere voces,
 vim Laertiadae, brevitatem vincis Atridae;
 35 dulcia seu mavis liquidoque fluentia cursu
 verba nec incluso sed aperto pingere flore,
 inclita Nestorei cedit tibi gratia mellis.

Hilfen

3: *Calpus* = Stammvater der Pisonen

22-23: Für Zivilprozesse waren Zehn- bzw. Hundertmännerkollegien zuständig. Zum Zeichen ihrer Autorität pflanzten sie eine Lanze auf.

II. Sprachliche und inhaltliche Erläuterungen

1. zu Vers 16f:
Auf welches Diktum Ciceros ist angespielt?
2. zu Vers 26:
Welches Stilmittel liegt bei *possessa* vor?